



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

103. Residens in loco exempto, an censeatur residere in diœcesi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO CII.

Exempti an ratione portionis congruæ coram ordinatio possint
conveniri.

A Restographus Papon respondit posse *lib. 1. des arrestz tit. 8. arresto 5.* qua de re
supra aliquid notavimus eod. *lib. quæst. 48.*

QVÆSTIO CIII.

Residens in loco exempto, an censeatur residere in diœcesi,

SUMMARIUM.

1. Locus de diœcesi, est de diœcesi.

2. Conc. Trid. ubique ligat.

Q. Lætionem hanc utrimque disputat Hieronymus Gonzales tract. De mensuris
& Alteroatiya Episcoporum *elo. 43. numer. 180. & seqq.* eamque affirmando con-
cludit hac signanter ratione, quod locus in diœcesi constitutus de diœcesi esse cen-
seatur *cap. cum episcopus de offic. ord. in 6.*

Nec refert, inquit, quod locus exemptus, & extra territorium aut diœcesim æ-
quiparatur *cap. 2. ubi DD. de const. in 6.* Quia id similitudinarie & æquiparative
tantum procedit quoad certos quosdam effectus, non autem verè *Fel. cap. grave in*
2. de offic. ord. Hinc est quod per multis in casibus quos supra retulimus *li. 2. ca. 45.* Ep-
iscopus jurisdictionem exerceat in exemptos, Regulariterque ordinarius plus juris
habet in locum & personas exemptas suæ diœcesis, quam in prorsus extraneas *c. 1. ubi*
bi 10. Monach. num. 1. & DD. de privileg. in 6. Rota decis. 7. 2. num. 4. par. 1. Idque signi-
ficant ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 14. c. 9. sess. 7. c. 8. sess. 21. c. 1. de refort. &*
Rota noviss. dec. 744. par. 1. etiamsi illud in provincijs inferioribus publicatum non
fuisse, quemadmodum Episcopo Leodiensi pridem responsum fuit
Congregatio Sacra congregatio in declarationibus Conc. Trid.

in *sine sol. 145.* Quæ de re supra latius tractatum est
lib. 1. quæst. 30. per tot.